



Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

XXIII. Ioannes Tritemivs Abbas Spanhem. Ioanni Capellerio mathematico S.

urn:nbn:de:0128-1-17336

omnia quæ sunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita recipiuntur, ut ad maiores proficiant inimicitias. Rara est hodie inter mortales amicitia vera, propterea quod priuatū bonum utilitati præfertur communi, nec possunt esse in amicitia fideles, quos munus non gratia copulauit, quoniam mox ut amplius non acceperint *δωροφάγοι* homines, quos munus non gratia charitate. Dilectio enim quæ munere glutinatur, eodem suspensio dissoluitur. Vera est igitur amicitia illa quæ nihil quærit ex rebus amati, nisi solam beneuolentiam, scilicet ut gratis amet amantem. Aequalitas nempe animorum amicitiam conciliat, non ambitio rerum, ut sit amicus in amico per beneuolentiam quasi alter idem seu anima vna, sicut Aristot. dicebat, in duobus corporibus habitans. Cum ergo non possit esse vera inter mortales amicitia, nisi conglutinet eam inter amantes vera charitas, quæ pro pudor nostris inimium est rara temporibus, magna in comparandis amicis diligentia opus est, ne inconsulte amemus, quem postea contingit odisse. Quocirca vir quidam sapiens inter mortales veræ pretium amicitia magnificiens dicebat: *Amico fideli nulla est comparatio, quoniam amicus fidelis protectio fortis, qui talem inuenit, thesaurum certe pretiosum inuenit.* Et Menander hoc ipsum confirmans dicit:

*Εν τοῖς δ' ἐνοίῃς ῥημάτων κρείττω φίλος
 φίλος ἔστιν ὁ νόμιμος θησαυρός ἔχειν.
 In aduersis autem pecunias est præstantior amicus.
 Amicos habens, existima te thesauros habere.*

Quam sint rari fideles amici, quotidie omnes experimur, qui in prosperitate multos, 20 neminem vero in alea fortunæ mutata reperimus, sicut & ipse Menander dixit:

*Ἐχθρὸς δ' ἔχειν τὴν ἀνέχοντα ἔστι φίλος.
 Si fueris diues, forsitan bene habebis amicos.
 Quod etiam lasciuus ille testatur poeta in Tristibus dicens:
 Donec eris felix multos numerabis amicos:
 Tempora si fuerint nubila, solus eris.*

Sed tu vale nostri fidelis amicus: tempus omnia curat. Ex Colonia die mensis Iulii 16. Anno 1505.

XXIII.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS SPANHEM. IOANNI
 Capellero mathematico S.

Steganographia.

EAM tibi partem Steganographiæ nostræ minoris, cui titulum de dimisimus græcum *ὑπογραφία*, id est, linguæ fertilitatem, rescribi fecimus quam pridem postulasti à nobis, opus (ut scis) arcanum, hæcenus nulli visum, quod ea mittimus lege quo seruetur occultum. Amorem tuum & in deficienti erga literas Græcas studium, cæteraque philosophiæ mundanæ scientias non vitupero, sed laudarem potius magnisque præconiis efferrem, si hæc omnia rite ordinaueris ad amorem diuinum. Vniuersa enim mortalium studia, quæ non fuerint ad Dei charitatem ordinata, prorsus vana & omni Christiano contemnenda sunt. Curandum igitur nobis, ut mens nostra propriæ memor salutis nunquam studiis inhæreat mundanis, sed illis utatur potius ad ministerium & seruitutem non continue, sed cum fuerit necessarium duntaxat per vices philosophiæ & sapientiæ spiritualis, per quam in Dei cognitionem amando perducitur, & in amoris dulcedinem cognoscendo roboratur. Mortales sumus & vrgentibus naturæ statutis, necessario morimur omnes, hoc solum ferentes nobiscum, quod discendo & studendo in cognitione & amore summi boni creatoris nostri proficimus. Cæterorum vero fructus omnes studiorum, sicut nebula cum labore habito euanescent. Omnis ars humanitus adinuenta, quæ diuinæ non coheret scientiæ, licet in hac vita nomen sibi vsurpet scientiæ quantumlibet celebrioris, habitumque assequatur demonstratiuum, tam diu potest manere in homine, quam in corpore cum ratione vita. Cessat autem penitus cum moritur homo, & cum cæteris vitæ actionibus expirat. De hac vana scientia mundi sanctus Christophilus dicit in quadam epistola: *Si quis existimat se scire aliquid, nondum cognouit quem admodum oporteat eum scire. At si quis diligit Deum, hic cognitus est ab illo.* Cuius sententiam diuus Bernardus pulchre dilucidans in meditationibus dixit: *Vides quod non probat multum scientes, si modum nesciant sciendi. Vides quomodo fructum & utilitatem scientiæ in modo sciendi constituit.* Quid ergo dicit, nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine ynumquodque scire oporteat. *Quo ordine: ut illud prius, quod maturius mouet*

Omnes scientiæ ad fidem in Christum referri debent.

1. Cor. 8.

Trithemius

Opera
 Historica

recipiuntur, vt ad maiores proficiant
vera, propterea quod priuati botam
icitia fideles, quos minus non graui
t d' uop d' or homines, omnem deficiant
eodem suspensio diffoluitur. Veracit
nisi folam beneuolentiam, follet vt
m amicitiam conciliat, non ambio
uaft alter idem feu anima vna, ficut
ergo non poffit effe vera inter mem
ra charitas, quæ pro pudor noluit
is amicis diligentia opus effe, pccatio
cica vt quidam fapienter inter uer
mico fideli nulla effe comparatio quoniam
certe pretiofum inuenit. Et Menander

ior amicus.
habere.

experimur, qui in prosperitate multos
dicunt & ipfe Menander dixit:

libus dicens:
s:

ia curat. Ex Colonia die mortis illi

SPANHEM. IOANNI
ico S.

is, cui titulum dedimus gratia
us quampridem postulasti à nobis.
ea mittimus lege quo feruere ex
cas studium, ceterasque philofophie
tius magnifque præconis effertur, si
niuerfa enim mortalium flordia, que
na & omni Christiano conuenientia
æ memor salutis nunquam flordia
ium & feruitutem non continet, fed
phia & fapientie fpirituales, per quam
ris dulcedinem cognofcendos ob
necceffario moritur omnes, hoc ad
ognitione & amore fummi dei
mnes studiorum, ficut nebulae
nuenta, que diuina non coluntur
quantumlibet celebrioris, habentur
in homine, quam in corpore
o, & cum ceteris vite actionibus
us dicit in quadam epiftole: *Conu
orteat eum fcare. At fi quis diligit
dus pulchre dilucidans in accedat
dum nefciant fcienâ. Vides quomodo
uid ergo dicit, nisi vt fcias que ordi
Quo ordine: vt illud primæ quædam*

10 mouet ad salutem. Quo studio ut illud ardentius, quod mouet uehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad tuam aliorumque salutem. Quem admodum uero non est una omnium ad scientiam properantium intentio, ita nec finis quidem unus. Alii namque multa scire cupiunt eo tantum fine ut sciant, & fructum sua curiositatis uanum & in nihilo consistentem recipiunt. Alii autem scire uolunt propter commodum temporale, ut uidelicet diuitias honores, que adsequantur & dignitates: qui quid aliud quam turpem exercentes questum, ipso scientia sacro nomine penitus censendi sunt indigni. Et quam multi hodie ad scientiam se in hunc finem conferre reperiuntur. Et sunt nonnulli qui scire uolunt, ut ipsi ab hominibus sciantur, quorum fructus scientia uanitas est. Omnium præscriptorum intentiones ad sciendum reprehensibiles sunt, & finis culpe ac iudicij rationi obnoxius. Sunt uero alii qui scire cupiunt ut proximos in Christi amore insituant & edificent ardentius, & horum finis charitas est, & fructus, si uita doctrina concordet, æterna felicitas. Alii autem sunt qui scire uolunt, ut ipsi in lege Domini edificentur, quorum finis prudentia, & merces uite debita bona sempiterna beatitudinis retributio. Vides nunc, amice, quis debeat nostræ finis esse scientia, & quem admodum nos scire oporteat. Cum ergo finis scientiæ speculatiuæ sit ueritas, & practicæ opus, tantum scimus quantum de cognitione Dei omnipotentis apprehendimus, qui solus est ueritas: tantum uero cognofcimus quantum diligimus. Scientia enim uera & salutaris Dei parit cognitionem, cognitio amorem, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia omnium quæ postulaueris à domino Iesu facilem impetrationem. Scientia quippe uirtutis cultum præcedit, quia nemo potest fideliter appetere quod ignoras. Cognitio ueri & amor recti certissimum ad felicitatem parant introitum. Præcedit autem sicut diximus amorem cognitio, cum nemo possit amare ueraciter quod penitus ignorat. Propterea dixit ad Patrem in Euangelio Dominus Iesus Christus: *Hæc est uita æterna, ut cognofcant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Quidnam aliud est illa supercælestis beatorum spirituum amoenitatis fruitio, quam diuinæ maiestatis cognitio & amor? Salutaris enim scientiæ cognitio annexum sibi habet amorem: nec potest mens intellectualis sempiternæ fruitiois habere confortium, si aut cognitio fuerit sine amore, aut amor sine cognitione. Dæmones quidem mali cognofcunt, sed quia non habent amorem, ad fruitioem quæ ex utroque & non ex altero nascitur solo minime pertingunt. Amorem unius summa ueritatis philosophi getiles quidam, & extra Christianitatum positi hodie foris multi habere uidentur, sed quia non cognofcant Patrem uniuersitatis solum uerum Deum, & quem misit ille Dominum nostrum Iesum Christum, in suis cogitationibus euanuerunt, & ad fruitioem summa bonitatis nequam perueniunt. Dicit autem ipse saluator noster Dominus Iesus Christus de illis qui ipsum uenisse in mundum non cognofcunt per fidem in sancto Euangelio: *Qui non credit, iam iudicatus est.* Et S. Christophilus: *Sine fide, inquit, impossibile est placere Deo.* Vera enim cognitio ex fide est, & amor ex cognitione. Homo ergo qui non habet fidem, non habet cognitionem. Qui autem non habet cognitionem, non habet amorem. Et qui non habet amorem, non potest habere fruitioem. Hoc est enim quod ipse Dominus Iesus iam ascensurus in cœlum suis discipulis reuelauit dicens: *Euntes in mundum uniuersum prædicare Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur.* Prima itaque ad Deum uia est scientia siue cognitio per fidem, sine qua nemo saluabitur. Ad hæc ueram scientiam o mathematicæ omnes aliæ scientiæ & studia tua referantur, quod nisi feceris, inani & stulto labore consumeris. Hæc est scientia uera, quæ scientem compunctione & amore afficit non extollit, nec superbientes quos impleuerit sed gementes facit, iuxta illud uiri sapientis. Qui addit scientiam, addit & dolorem, eo quod in multa scientia multa sit indignatio. O nunc igitur amice, provideamus nobis in tempore oportuno, ut studia nostra faciamus bona quando tempus habemus, quem admodum sanctus dicit Apostolus:

10 *Ἰδι ἄρ' ἴσθ' ὅτι οὐκ ἔστις σοφός, ἰδὲ τῆς ἡμετέρας καταλείψ' ἡμέρα. αὐτὴ γὰρ ἡμέρα ζωὴν ἄλλην ὑποφέρει, καὶ ἄλλας τρόπους εἰσαφέρει. νυνὶ μνηστύεός, καὶ ὅτι τῆς μνηστύας διέφυγον ὁ σὺ μὲν καὶ ἐγὼ, ἵνα δὴ βολιμὸν ἴσθαι τῆς ἡμετέρας ἀναβαίειν, καὶ σὺ δὲ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, ἀλλ' ἡμετέρας τὴν ἡμετέραν καὶ ἡμετέρας τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐκ τῆς ἡμετέρας. καὶ σὺ ποτὶ ὁπορευόμενοι ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀμαρτίαις. αὐτὸς ὁ μὲν τελευταῖον ἀποστρέφεται ἐξ ἀνομιῆς ὡς ἀγαπᾷ ἀδελφεὶ ἰωάννης καὶ ἀλλέει, καὶ τὴν δὲν ἡμετέραν ὁμολογούμεθα παρὰ ἀμαρτήματα ἡμῶν, καὶ ὁ θεὸς συγγνώμην ἡμῶν συγγνώμης καταί. ἀλλὰ οὐδ' εἰς ἀδελφὸν καὶ θεοῦ μὴ ἀγαπᾷ, καὶ ἡμετέρας ποτὶ εὐαγγελίῳ λυτρωσὶ εἰς αἰῶνα ἀναζητῶσιν ὅτι ἀποφρονεῖ ἡμετέρας καὶ ἡμῶν. καὶ ἀγαπᾷ τὴν ἡμετέραν, ἀφίλει δὲ τῆς ποιοῦσας δὸ τῶν ἡμετέρας ἡμῶν, καὶ τῶν ὅτι ὁ θεὸς ἀγαπᾷ μὲν. καὶ ἀγαπᾷ δὸ τῶν ποιοῦσας ἡμῶν. μὲν τὴν καλὴν ποιοῦσας, ἐκ τῆς κατὰ κρίσιν, ἵνα ἴσθαι εἰσαί, ἀδελφῶν.*

Vera cognitio Dei, est cognitio Christi, Dæmonum cognitio.

Philosophorum cognitio.

Ioan. 3. Hebr. 11. Fides quasi necessaria.

Mar. 16.

2. Cor. 6.

Esai. 1. ad uerbum.

Qd

im puraque sanctissimis, coelestia terrenis, vt pariter mens sapiat quæ sursum, & quæ super ter ram. Vale Capellerie, scientiisque infusa salutaribus, quarum fructus in caelo promittit ur, & finis nulli vnquam fini obnoxius habetur. Iterumq; vale. Ex Colonia 18. die mensis Iulij, Anno 1505.

XXIII.

IOANNES TRITEM. IOANNI STEINEMOEL
presbytero Mechiliniensi S.

10 **O**blata mihi ad te scribendi oportunitas est per hunc virum tibi & notum & vt asserit singularitate cuiusdam necessitudinis iunctum, qui istinc ad Mechiliniam erat transiurus. Scribimus itaq; vt scias, quid nobis de tuo ad nos reditu ordinandum videatur, ne curasin vanum. In primis ergo notū tibi facimus, quod ratione belli anno circa nos prioris: scilicet res nostræ collapsæ sunt, & cæcutiente fortuna grauis in nos æmulum exortit inuidia, cui locum dare ad tempus causa persuasit, vt vel ipsi melius deliberent inimici, vt nos amicorum consilio rebus nostris alibi prouideamus. Sumus itaq; ituri in Marchiā Brandenbursensem cum eius serenissimo principe hiciam in cōuocatione regia presentem, qui id multis à nobis vicibus pridem literis & nunciis, nunc autem verbis coram desiderauit. Ibimus autem de nostro penitus reditu incerti, propterea quod graui nostrorum

20 accepta contumelia nihil minus quam reuerti ad Spanheim cogitemus, nisi aliter diuina ordinauerit voluntas, cui semper subiecta & consentiens nostra debet esse infirmitas. Tuum ergo ad Spanheim reditum differas oportet, quousq; audieris nos illo tandē reuersos, nisi forsitan viam sexaginta miliarium frustra velis peragere. Vincētii tui rebus propter iniquitatem temporum intendere nequiuimus, nec enim cordi nobis amplius possunt, cum tu vane iactabundus nimium, ea quæ suscepisti à nobis philosophiæ secretioris archana pro turpi lucro, vt facti sumus certi, venalia circumferas, magnum te esse quempiam arbitrans, pro eo quod Tritemii te postis gloriari fuisse discipulum. Non est hæc veræ sapientiæ via. mi Ioannes, nec tuam decet atatem spem in vanitate locare, & pro vilis aestimationis pretio margaritas proicere porcis. Magna quædam de nobis pradicat, vt magnus ipse in aestimatione populi habearis, & dum veræ laudis normam prætergrederis, grauem nobis iniuriam facis, vetustissimi oblitus prouerbii: *Lauda parce, vitupera parcius*. Displicēt nobis tuæ laudes vehementissime, quia vituperia sunt potius nostri quā laudationes. Non enim omnium est hominum archana intelligere naturā, & in rebus notis præter communem aliquid latens vsu erueri. Cum tu vero aliqua de nobis polliceris, quæ non intelligant ceteri, quid restare credis o senex aliud, nisi quod dicturi sunt nos aut superstitionibus dediros, aut vanitatibus immerfos. Non ea cōditione te à nobis introductum scimus: sed quia tu interpositam transgressus es legem æquitatis, quid in maioribus faceres nobis fuerit rationabiliter præuidendum. Cessa igitur ab his vanitatibus te hortamur, & cogita ministrum te esse Iesu Christi ac senio maturum, quem non deceat vanitatibus gloriam aucupari mortalem. Vale nostri memor ad Deum. Ex Colonia 20. die mensis Iulij, Anno Christianorum 1505.

XXV.

IOAN. TRIT. ABBAS SPAN, IOANNI BRACHTIO
monasterii S. Matthei S.

30 **C**REDO te minime latere, amicorum decus, eam tribulationem, quam in me suscitauit hostis ille malignus, qui inuidia relo armatus primos de paradiso innocentia homines eiecit. Me quoq; de monasterio meo non quidem inuitum, sed recollectione iniuriarum volentem expulit, & menti meæ nauicam atq; horrorem quendam prioris loci, quæ tenerrime amaueram, induxit. Viuo iam hic quadam necessitate curialis, iturus propediē cum serenissimo principe Ioachim Brandenbursensium Marchione Romani Electore Imperii ad fines Saxonū, & tarde forsitan rediturus: quo interea mota in me aut cesserit persecutio, aut si mei absentia sumperit vires, matura nobis prouidentia præster remedium. Domini enim est terra & plenitudo eius, cuius immensa potestas, & penitus inexhausta pietatis miseratio, à quo nobis vbique auxilium in tempore opportuno affuturum confidimus, & de eius protectione nullatenus dubitamus. Te autem frater in Christo amate rogamus, vt Deum orare pro nobis in hac maris inquieti commotione incessanter digneris, quatenus